

tere, contundere, ut iod in principio litera adiectitia sit. In medio Rationalis Deus ponere iussit Vrim & Thummim, Lxx. vertunt ἀγλωσιμοὺς ἀλιθεῖαν, id est, doctrinam & veritatē, ut quidam interpretantur. Epiphanius Adamantem, sicut & Suidas in vocabulo Ἔφάδ. Non recte tamē hūc in medio Sardonychum (Smaragdos ipsi interpretantur) collocant. Sardonyches enim in humeris locabantur, Vrim & Thummim in medio Rationalis supra ipsum cor. Porrò de Vrim & Thummim sententias authorum multas variasq; recitant, Fagijs in Commentarijs in Exodum cap. 28. & Munsterus in Annotationib<sup>9</sup> suis.

Ego iahalom Hebræis Adamantem esse censco: nam schamir Hebraica dictio, quam Ezechieli 3. & Zachariæ 7. adamantem reddunt plerique omnes, nō huic, sed lapidem smirin Græcis dictum, ab Hebræis nimirum facto nomine, significare mihi videtur.

(d)